

dicitur Pifani parentem) prolatis pro occupatione castrorum ipsorum in eos sententias relaxaret: Et infra. Pifanis igitur afferentibus quod per te labat, quod minus tibi iuxta mandatum nostrum fieret restitutum, & infanter petentibus, ut dictas sententias prefatus Subdiaconus relaxaret: ipse receptis cautionibus de parendo iustitie coram nobis, sententias relaxavit eisdem: propter quod tu reputans te gravatum, ad nostram presentiam accessisti, impugnatu processum Subdiaconi fepediti: Et infra. Porro duo in nostro continebantur mandato; ut videlicet possessio, quam constabat Lucan. 44 Ecclesiam habuisse tempore morte discordie, prius restitueretur eidem: & ut eisdem possessio restituitio heret plane ac libere, sicut eam habuerat tempore supradicto, quorum primum ad factum, alterum vero referebatur ad modum: unde licet (prout pars Pifanorum dicebat) in facto mandati formam Subdiaconus ipse adimplere nequiverit, quia non poterat facere tibi restitui possessionem castrorum, de qua non constabat eidem, nec etiam (secundum quod tu ipse dicebas) afflictum & pensionum possessio poterat tibi restitui, quia ea non fueras solutus: fuit tamen in modo peccatum, quia debuit facere ut Pifani possessionem pensionum & afflictum, quam per eorum confessionem constabat te in castris predictis habere) tibi dimitterent plenè ac libere, sicut Ecclesia tua illam habuerat tempore morte discordie: quod quidem esse non poterat, nisi Pifani castra ipsa omnino dimitterent: quia illis detinentibus castra, & munitiones castrorum, in quibus dictas pensiones recipis & afflictus, ea plenè ac libere habere non posses, sicut habebas quando ipsi castra eadem minime detinebant, eò quod quamdiu ea detinent, in eorum potestate relinquuntur te non admittente vel repellere quando velint.

z Vide l. diti- genter, ff. manda.

a Vide Abb. & Felia. in hunc locum.

DE DOLO ET CONTUMACIA.

TITULUS XIV.

I. ALEXANDER III. Herforden. ab Episcopo. [c. an. 1180. Romà in Angliam.]

Reus, qui mittendum in possessionem ad mandatum Judicis non admisit, non multabitur de canonica equitate, si intra annum caveat stare juri.

Cap. 1. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Later. sub Alex. III. part. 3. c. 1.

Ad hac cum contingat actorem multoties mittendum esse in possessionem causa rei servanda, propter absentiam partis adversæ, & per ejus dolum live potentiam non possit rem custodiendam nancisci, ac imminente fine anni, reus (ne possessionem amittat) debuit auferri cautionem, cujusmodi sit pena multandus (quia iustitiam non parit Judicis) à nobis tua fraternitas requirit. Ad quod dicimus, quod in Ecclesiasticis personis & negotiis rigor & districtio Juris non requiritur, sed (cum iustitia propter hoc non periclitetur) patienter admitti debet, cum reus per cautionem standi iudicio se altringit.

II. IDEM Abbatem de Ramefc. & Archidiacono Helien. [c. an. 1180. Romà in Angliam.]

Propter contumaciam rei potest Judex rem petitam sequestrare, & ipsum contumacem in expensis condemnare, quas propter ipsius contumaciam vel dolum exceptionem actor fecit. Hoc dicit, Panor.

Post Conc. Lateran. sub Alex. III. part. 4. cap. 6. cap. 2. eod. tit. in 1. Compil. Croften. al. Erollis.

Ex literis vestris accepimus, quod cum vobis causam, que inter Monachos de Erollen. & Canonicos Lincoln. super Ecclesiis de V. & M. vertitur, duxerimus committendam, & Canonicis citati legitime; se contumaciter absentaverint, vos, licet Monachi essent ob contumaciam adversæ partis in possessionem rerum petitaram mittendi, intuitu tamen religionis mitius agere cum eis volentes, possessionem sequestrari fecistis: ut sic saltem Canonicis affecti tædio, stare iudicio cogerebant. Tandem Monachi Ecclesiis sibi postulantibus restitui, Canonicis responderunt auctoritatem vestram penitus exprasse, eò quod ad alios Judices literas impetrant, que prejudicare prioribus videbantur. Verum quoniam in posterioribus literis non fuit mentio facta priorum, nec in eis nomina continebantur Ecclesiarum, que in prioribus posita fuerant, fed indefinitè dicebatur, super quibusdam Ecclesiis: sed Nos attendentes malitiam & dolum nulli patrocinari debere, mandamus, quatenus predictam causam secundum formam priorum literarum (non obstantibus posterioribus) terminetis, expensas, quas propter hoc Monachi fecisse noscuntur, eis à Canonicis restitui facientes.

sed tantum indiffinitè.

h præferri- ptam.

De Ramefc. Matth. Paris pag. 649. Erollen.] Troil. vel Ebelingia. Malmesb. pag. 162.

de antiquit. Cantabrig. Vestmonast. pag. 348. Idem ann. 888. Ebelingeya, id est Nobilium insula.

III. IDEM Exonen. & Vintonien. Episcopi, & Abbati Herforden. [c. an. 1160. al. Forden. Romà in Angliam.]

Actore contumace testes recipi, & sententia ferri debet, etiam lite non contestata, reo instante. Hoc dicit secundum communem intellectum.

Causam, que inter F. & R. filium Agathe de nativitate ipsius A. vertitur, vobis fratres Episcopi, & Londonen. Episcopo committimus terminandam: Et infra. Ceterum, si adversarius suus legitime citatus, ad presentiam vestram accedere, vel iudicio Ecclesiæ parere contempserit, aut etiam absentaverit (cum de Anglia recessisse dicatur,) procuratorem ejus, si quem reliquerit, convocetis: qui si venire, live non; aut si procuratorem non dimittit, denunciationibus ad domum ejus missis, receptis testibus alterius partis, iuxta dictam formam ad proferendam sententiam procedatis.

IV. URBANUS III. de Novo loco, & de Viger. Prioribus. [c. an. 1186.]

Si reus post litem contestatam est contumax, si aliquid liquet de causa, fertur definitiva sententia; si non liquet, actor in veram possessionem inducitur.

Prout nobis: Et infra. Reum, qui a contumaciter à presentia vestra recesserat, juratoriam cogitatis exponere cautionem, quod coram vobis juri pareret. Cùmque die præfixa vestro se conspectui præsentasset, prætextu Advocati, quem non habebat, respondere solita malitia recusat. Tandem actore instante respondit, quod quadraginta annis decimas, de quibus erat contentio, perciperet; variisque postmodum excusationibus utens, in vocem ap. prorupit, & contumaciter juramento contempto recessit. Ideoque mandamus, quatenus ad convincendam ejus malitiam, semel eum ad presentiam vestram convocetis: & si venerit, finem imponatis negotio competentem: quod si venire contempserit, causam (utpote lite, que ingeritur, contestata) definitiva sententia terminetis, vel presentiam saltem adjudicetis possessionem, servata duntaxat quaestione proprietatis absenti.

PITH. Urbanus III. [c.] V. C. Alexander III. fratribus de Giseb. Balens pag. 217.

V. INNOCENTIUS III. [c. an. 1206. Roma.]

Qui fundata intentione actoris exceptionem peremptoriam objicit, quam non probat incontinenti, sed accipit inducias: si defecerit in probando, condemnatur incontinenti, definitiva non expectata, in expensis, ac solvere cogitur: quod si non potest, punietur in corpus secundum arbitrium Judicis. Hoc dicit notabilis tex. secundum lecturam que placet Panor.

Inem litibus cupientes imponi, ne partes ultra modum graventur laboribus & expensis, præferim cum de beneficiis Ecclesiasticis litigatur, que sine dispendio diu vacare non possunt: presentem decreto statuimus, ut postquam intentionem suam altera pars fundaverit, si reliqua forte voluerit legitimam exceptionem opponere, quam nolit aut nequeat incontinenti probare: quia frequenter ad impediendum vel differendum processum, exceptiones hujusmodi per excogitatum malitiam opponuntur, ad solvendas alteri parti moderatas expensas ex tunc in iudicio faciendas, cum acceptis induciis, si forsitan in probatione defecerit, condemnatur. Et si solvendo non fuerit, alias secundum arbitrium discreti Judicis puniatur, ut hoc saltem timore perterritus, non facile quis in gravamen alterius fallas exceptiones opponat.

VI. IDEM Præsentinen. Episcopo Apof. Sed. Legato & Decano Brinen. [c. an. 1169. Romà in Germaniam.]

Citatus ad totam causam certo termino ad comparandum assignato, tenetur comparere in termino: & dato impedimento in termino, debet comparere quam citatus potest post terminum: alias condemnabitur in expensis a tempore citationis emissis.

Cum dilecti filii nuncii Leodicen. electi pro eo ad Se. Apof. accessissent Archidiacon. & H. Canonicis Leodicen. Ecclesiæ, nomine suo, & quorundam Concanonicorum suorum (quorum literas exhibere de rato) contra eundem electum quedam crimina proponebant, per que nitebantur eum ab electione repellere ut indignum: Et infra. Quamvis autem ex eo quod idem electus à gravamine adversæ partis appellaverit, & appellationem non fuerit per sufficientes procuratores, cum possit (illis prosequentibus) processum, non levis exorta esset suspicio contra eum. Volentes tamen Juri ordinem observare, ipsi mandamus, quatenus usque ad Dominicam, quæ cantatur (Ego sum Pastor bonus) per se vel per procuratorem sufficientem, ad presentiam nostram accederet, super predictis omnibus responsurus; alioquin cum assignarem ei pro peremptorio terminum supradictum, sciret quod (quantum de jure possemus) procederemus ex tunc in negotio memorato. Expectantibus igitur adversariis, ipsum diu ultra terminum duximus expectandum; sed ipse direxit simplicem solummodo nuncium (cui cum à nobis recederet, injunximus viva voce, ut citaret ultra, &c.

De citatione vide Socin. reg. 71. incipiente, citatus personaliter.

Vide l. contentaneum, C. quomodo & quando ad. Bart. & fratribus de Giseber.

Cap. 4. eod. tit. in 1. Compil. ad. ita, qui contumaciter à presentia vestra recessit.

convincendam.

Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil. & ibi Bart. hoc autem iudicium, de iud. vide l. qui se patris, C. unde liberi, & l. filii mater, §. 1. ad Tertull.

aliter.

Cap. 2. eod. tit. in 111. Compil. Leodicen. al. Canonicorum.

Vide l. si quis stipulatus, in fin. cum no. ff. de verb. sig.

Vide l. si filiana, §. ff. de dam. infe. per Bart. diu etiam ultra, &c.

annuio re- sponalem.

die mibi.

L. 2. & ibi Bart. C. de jur. calum. & l. ejus qui de jur. fsc. & al. quam.

al. Archi- episcopo La- vin.

Cap. 2. eod. tit. in 111. Compil.

al. Coar- chiz. al. Coar- chizana. l. al. eum.

interim au- tem.

In omnibus excep. dicto F. postmo- dum ex parte vestra nobis literas presen- tante, quæ, &c.

citaret eundem serò receperat, unde non poterat, tum propter termini brevitate, tum propter viarum discrimina, nostro se conspectui præsentare. Sed contra hoc faciebat, quod sicut excusatorum direxerat, sic dirigere poterat responsum, cum ei non fuisset injunctum ut ad causam in propria persona duntaxat veniret, sed vel ipse accederet, vel procuratorem idoneum detinaret. Præterea cum mandatur alicui, ut ad certum terminum se Judici præsentet, duo sub hac forma mandatur, ut ad iudicem veniat, & ad diem sibi præfixam accedat. Unde si venire non possit ad diem assignatum, tenetur nihilominus se iudici præsentare. Si enim mandatur alicui, ut alii ad certum diem, certam rem exsolvat, non ideo erit à mandato solutus, si solvere nequiverit de datà: imò ad solutionem (elapso etiam die solutionis præfixo) tenetur. Quapropter quia dictus electus nec venerat, nec sufficientem miserat responsum, ad diem sibi statutum, vel post, etiam diutius expectatus, nec de vicino ejus adventu spes erat, utpote, qui per literas utcumque excusaverit moram suam, & calores ætivos, & infidias sibi positas formidabat; eum reputavimus contumacem, & ad legitimas & moderatas expensas, quas adversarii ejus fecerant à tempore citationis emisse: quem ex tunc expectare inceperant, ipsum curavimus condemnare.

PITH. Brinen.] Bonnesi, Gallicè Bonne. & H. Hugo de Perraponte. Vid. Catalog. Leod. pag. 36.

VII. IDEM Armachano & Caselenensi Archiepiscopi. [c. an. 1170. Romà in Hiberniam.]

Sententia in causa beneficii, non transit in rem judicatum, respectu superioris, quò minus possit de veribus partium inquirere, maxime quando sententia lata contra absentem, licet contumaciter & indefensum.

Cum olim D. Clericus (Celestino Papæ predecessori nostro, diversis Prælatorum Hiberniæ literis presentatis) se affereret in Episcopum fuisse Roscenem electum, nullusque appareret, qui aliquid contra eum proponeret: dictus Pra. n. ei munus fecit consecrationis impendi. Postmodum F. & G. Monachi ad eisdem Pra. n. presentiam accedentes uterque se afferunt à Canonicis Roscen. Ecclesiæ fuisse electum; & quod predictus D. per faldas literas fuerat consecratus, propter quod idem Pra. n. causam vobis sub ea forma commisit, ut de forma & processu electionis memorati D. sollicitè quæreretis; & si eum electum canonicè fuisse constaret, ipsum faceretis pacifica possessione gaudere, alioquin inter predictos F. & G. audiretis causam; & cujus electionem Canonicam, & magis rationabiliter faciam inveniretis, alterius curaretis electioni præferre: [Et infra.] Cùmque à vobis dictus D. tertio citatus; vestro se nollet conspectui præsentare, procedentes in causa, tam ex testimonio Cleri & Populi Roscenis Ecclesiæ, quam ex testimonio Regis Coarcayæ, & Prælatorum Provincie, de predicto F. electionem fuisse celebratam canonicè didicistis, & eam l. curatis apof. confirmare, presentem cum Capitulo Roscenis Ecclesiæ dictum D. se non elegisse constanter assereret, nec de predicto G. Monachi electione aliquid quatenus cogitasset. Interim memoratum M. D. ad Apof. Sædem accedens, super quibusdam aliis gravaminibus & injuriis contra dictum F. & quoddam alios literas impetravit; dictus F. postmodum ex parte vestra nobis literas presentavit, que qualiter à vobis in commissionem predicta processum fuerat, continebant: [Et infra.] Volentes igitur adhuc misericorditer agere cum absente, ut ejus malitia convincatur, dictum F. ad vos duximus remittendum, mandantes, quatenus non obstante, quod ejusdem F. fuit electio confirmata, fepeditum D. si in Hibernia poterit inventi, legitime citetis ad causam, & facultate sibi defensionis indulta, in causa ipsa canonicè procedatis. Qui si inventus, intra tres menses vestro se conspectui contempserit præsentare, ad consecrationem dicti F. omni occasione postposita, procedatis. Si autem in Hibernia inventus non fuerit, indulto sibi unius anni spatio, ex quo ad nos, est non verbo, facto tamen intelligitur provocasse, arreto itinere ad Se. Apof. veniendi, dicto F. administrationem Roscenis Ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus committatis: quo elapso, eum non differatis in Episcopum consecrare.

Ac tu frater Casalen. alterum illorum, quem rationabiliter duceres confirmandum, in Episcopum consecraveris. Unde sicut ex literis vestris accepimus, cum dicta commissionis vobis fuissent literæ presentatae, iuxta tenorem earum primò de electione predicti D. inquirere voluistis. Cum fratribus igitur nostris habito super hoc diligenti tractatu, timentes ne sicut predictus p. n. per literas quas idem D. ei presentaverat, dicatur circumventus, nos etiam circumventuri contingeret per literas vestras nobis ab eodem Monacho presentatas.

Cum fratribus igitur nostris habito super hoc diligenti tractatu, timentes ne sicut predictus p. n. per literas quas idem D. ei presentaverat, dicatur circumventus, nos etiam circumventuri contingeret per literas vestras nobis ab eodem Monacho presentatas.

PITH. Caselenensi Episcopo.] Caseleni Archiepiscopo. forte Lunniacensi, qui est Suffraganeus Caselenensis. Extat interte pag. 234. epist. Suffrag.

VIII. IDEM. [c. an. 1170. Roma.]

Si proceditur per viam inquisitionis contra absentem contumaciter, etiam lite non contestata, testes recipi possunt.

sunt, & sententia definitiva ferri, etiam per viam depositionis, si hoc mereatur delictum.

Veritatis est verbum organo Dominice vocis emissum: [Et infra.] Sicut Canonici Curien. in nostro auditorio retulerunt, H. Curien. Episcopus Ecclesiam suam non solum dilapidando depressit, sicut publica predicabat infamia; sed etiam homicidio, incestu, aliisque criminibus polluit: [Et infra.] Super his commissimus primò causam Tridon. Episcopo, & Abbati montis sanctæ Mariæ, & Præposito de Insula: secundo quoque Brixiensi Episcopo, & ipsi Abbati & Præposito: Et infra. Verum cum Episcopus ipse priorum Judicum presentiam adire per contumaciam contempserit, auctoritate nostra fuit per ipsos Judices ab officio beneficiique suspensus: Et infra. Tandem vero coram Judicibus canonica citatione vocatus, presentiam suam difficulter exhibuit; sed frivolum tunc excusationem malitia concepta prætendens, experiri cum Canonicis in jure neglexit; qua de causa nos consilio fratrum nostrorum suspenses Episcopum ipsum, vel potius suspensionem à Judicibus factam auctoritate Apostolica confirmantes, tertio super his Cumano Episcopo, & Abbati sancti A. causam ad superandam malitiam ipsius Episcopi commissimus audiendam, qui partibus citatis, cum nec per se, nec per responsum idoneum comparuerit, in eundem, propter inobedientiam, excommunicationis sententiam protulerunt, testes ex parte vestra, quemadmodum in mandatis à nobis acceperant, admittentes, scilicet Abbates, Priores, Præpositos, & alios Religiosos viros, per quos quemlibet articulum criminum predictorum, constat fuisse probatum: Et infra. Nos igitur videntes ordinem judicium in hoc facto fuisse servatum, considerato præterea, quod post sententias in se datas celebrare præsumpserit: cum multi Prælati Ecclesiarum contra eundem Episcopum scripserint, nec unus pro eo defendendo vel aliquatenus excusando: in nomine Domini cum Apostolo omnem inobedientiam ulcisci volentes, licet absentes corpore, presentes tamen spiritu, juxta verbum ejusdem Apostoli, tulimus sententiam perpetue depositionis in ipsum; & eum tam à Pontificali, quam ab omni officio sacerdotali privantes, sine spe restitutionis reliqua, duximus condemnandum: ea nihilominus in irritum revocantes, quæcunque post inhibitionem Apof. Sedis, seu factam suspensionem & excommunicationem, de rebus Ecclesiæ alienare præsumpsit.

Quo arbor que terram inutiliter occupat, dignè exciditur, & in ignem mitti censetur, ut terra qualibet, que sub nociva occupatione inutilis arboris sterili habetur, per novam plantationem ad fructificandum culturam recipiat congruentem. Hinc nimirum arbori H. quondam Curien. Episcopus non immerito comparatur, qui Curien. Ecclesiam usque modo per violentiam detinuit, &

Nos autem utpote quibus hæc imminent corrigenda, cum ipsi Canonici vestri bono zelo arbitrantur induciti predictum Episcopum accusare intrinsecus, enormitates ejusdem ad aures nostras deferre curarunt, timentes ne sicut in decreto Gelasii continetur, aliquam offensam incurverent, si hujusmodi excessus auditui Catholice Ecclesiæ supplicandum putarent, primò causam f. n. Truden. Episcopo, & di. j. Abbati S. Marie, & Præposito de Insula. Secundo quoque ven. f. n. Brixiens. Episcopo, & ipsi iterum & Abbati & Præposito, &c.

PITH. H. V. C. addit, quondam in Catalogo Curien. Episcoporum: Henricus Comes de Rhetia alta. Tridon.] Truduntinus.

Abbatii sancti A.] Abbatii sancti Abundi, V. C. Habundii extra muros Cumano.

IX. IDEM in Concilio generali. [c. an. 1216. Roma.]

Actor non admittitur in possessionem sibi decretam per Judicem causa rei servanda, vel ab ea expulsus, per lapsum anni verus efficitur possessor.

Contingit interdum, quòd cum actori ob contumaciam adversæ partis adjudicatur causa rei servanda possessio: propter rei potentiam sive dolum, actor intra annum custodiendam nancisci non potest, vel acquiritur: amittit & sic, cum secundum multorum assertionem verus non efficeretur post lapsum anni possessor, reportat commodum de malitia sua reus. Ne igitur contumax melioris, quam obediens, conditionis existat, de Canonica aequitate fancimus, ut in casu præmissis, actor verus constituitur elapso anno possessor.

X. GREGORIUS IX. Archiepiscopo Burdegalen. [c. an. 1235. Romà in Galliam.]

Si reus non invenitur, sufficit publicè citationem ad Ecclesiam suam proponi.

Venerabilis Frater noster: Et infra. Volentes finem imponi litibus, ne immortales existant: mandamus, quatenus ad initium proxime venturæ quadragesimæ, quòd tibi peremptorium terminum duximus assignandum, super jure Primatie quod Bituricens. Archiepiscopus in te hac in Provincia tua habere proponit, per te, vel per Procuratorem idoneum sufficienter instructum ad liem contestandam, & ad alia

Cap. 1. eod. tit. in 11. Compil. Vide Ludov. Rom. fing. 410. Incip. Tu seis duas regulas. P. al. Triden.

nostra.

etiam. l. atas.

Vide l. Falcianus, §. quid si autem, ff. ex qui. cau. in pol. ea. per Bart.

Later. sub Innoc. III. cap. 40.

Cap. 2. eod. tit. in 11. Compil. nascam.

Vide l. quod draginta, C. de fer.